



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio septima. Vtrum sacerdos intendens consecrare tantum decem hostias, si inueniat vndecim, an vndecima sit consecrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

magnitudinis & augmenti (vt habetur: de anima) ergo effectus gratiae seu actus omnis sacramentalis est solus ad consecrationem determinatae quantitatis panis & vini.

2 Secundo, ministris ecclesie non est data potestas ad ea quae pertinent ad irrationem fidei & sacramentorum eius secundum illud. Apost. i. Cor. 4. secundum potestatem quam mihi dedit Deus in aedificatione, & non in destructionem. Sed hoc est in derisionem fidei & sacramenti, si sacerdos totum panem qui est in foro consecraret, & totum vinum, quod est in cellario, ergo hoc facere non potest.

3 IN contrarium est, quia multum opponitur paucum, & parvum magno: fed non est ita parva quantitas, quae non posset consecrari, ergo non est ita magna multitudo vel magnitudo quae consecrari non posset.

4 R E S P O N S I O . Hic est duplex modus dicendi. Unus est, si sacerdos non potest consecrare materiam nisi in determinata quantitate, scilicet quantum credere debet in vium fidelium. Cuius ratio est, quia secundum Hugo de S. Vi, sacramentum irritum reputatur si contra institutionem celebratur, ergo intentio ministri debet concordare institutioni sacramenti: sed institutione eius fuit propter vium fideliū, ergo si minister tantum intendat consecrare quantum potest in vium fideliū cedere verum est sacramentum, aliter non. Sed istud non videtur. Primo quia magis est contra institutionem huius sacramenti, si conficiatur solum intentione faciendo ex eo beneficio, vel sacrificium, & si conficiatur abs intentione & cedat in vium fideliū, sed maneat sic consecratus primum non evacuat sacramentum, ergo nec secundum. Item intentio ministri requiritur ad sacramentum, non quecumque, sed illa tantum quae est de iis que intrinsecus pertinent ad ipsum, & non illa quae est de consequentibus. Si enim aliquis baptizet puerū, non ea intentione vt puer in baptismū cōsequatur salutē, sed pecunia cupiditate, vel alia occasione, defectus debet dicere intentionis non evacuat sacramentum, sed vius sacramenti eucharistie non est de illis que sunt intrinseca sacramento. Cum istud sacramenti praecepti consistat in consecratione materiae, ergo intentio de viu non est necessaria ad consecrationem sacramenti. Item dato quod intentio de viu est non necessaria ad conficiendum sacramentum, non tamen sequetur quod sacerdos posset consecrare panem & vinum in determinata quantitate tantum, quia vius iste non debet determinari secundum fideliū numeri, qui principaliter occurunt, quia tunc hoc sacramentum non posset confici, vel consecrari cōsideruari ad cōmunicandum aliquem in posteri, quod est falsum, ergo oportet quod iste vius determinetur secundum vium fideliū qui occurre possunt, sed talis numerus non est determinatus, nec quantitas in qua licitum est hoc sacramentum sumere est determinata, quia quilibet fidelis potest licet sumere unam hostiam vel plures, ergo quantitas in qua potest confici non est determinata.

5 Quod autem dicit Hugo de S. Vi, quod sacramentum irritum habetur, si contra institutionem celebretur, intelligendum est quando celebratur cum omissione eorum quae infinita sum obseruari tanquam pertinientia ad intrinsecitatem sacramenti, de quorum numero non est intentio de viu.

6 Dicendum ergo quod quilibet sacerdos potest consecrare panem & vīnū in tanta quantitate quanto potest habere presentem. Cuius ratio est, quia concurrentibus omnibus quae sum de necessitate sacramenti est verum sacramentum. Sed quantumcumque, quanto panis & vīni praesente sacerdoti, si sacerdos intendat eā consecrare & proferat verba, tunc concurrunt omnia que pertinent ad hoc sacramentum intrinsecus, ergo totum est vere consecratum. Dico autem de materia non quantumcumque absolute, sed quantumcumque praesente, quia forma verborū cum continet in se pronomen demonstrativum, requirit praesentiā materię consecrandā, unde sacerdos existens in campo non posset consecrare panem existentem in foro. Ad quantum autem se extendat talis praesentia incertum est omni homini, nec punto quod extendat se ad tamam distanciam ex quanta posset videri materia, si non est medium opacum interpositum. Nec requiriunt tanta praesentia quod materia manibus tangi possit. Quanvis enim Christus panem consecrandum accepit manibus, hoc tamen non fecit tanquam necessarium ad consecrationem. Alioquin sacerdos in paschate non consecraret nisi hostias quas tangeret, cum tamen

## Quæstio VII.

cōficeret multo plures pro cōmunicando populo. Et ideo non potest praeceps diffini i quantū le excedat p̄fecte illa præfentia materia, quae requiritur ad consecrandum.

7 A D primū arg. in oppositum dicendum quod actio sacramentalis fit virtute diuina, quae est infinita. Et ideo non oportet quod effectus eius sit limitatus ad tantam quantitatem determinatam, quod non posset in maiorem, sicut oportet limitari effectum naturalem, propter limitationem virtutis naturalis: limitatur ratiū ex ordinatione diuina ad materiam præsentem, licet quantitas illius præsentis non sit homini plenē nota.

8 Ad secundum dicendum quod licet ministris ecclesie non sit data potestas propter hoc ut abutantur nihil minus abuti possint tam illa quae est iurisdictionis, quam illa quae est consecrationis.

9 Argumentum in oppositū non concludit, quia nulla consequentia est quod illud quod potest in minus posset in maius, licet posset econtraferre tenere.

## Q V E S T I O S E P T I M A.

Vtrum sacerdos intendens consecrare tantum de cem hostias, si inueniat vndecon am vnde-

cima sit consecrata.

Tho. 3. q. 64. ar. 8. c. 10.

I Vxta hoc queritur vtrum sacerdos intendens consecrare tantum decem hostias, si inueniat vndecon am vndeclima sit consecrata. Et arguitur quod non, quia cum intentio ministri requiratur ad sacramentum rot & non plures consecrari sacerdos, quot cōficerare intendit, sed non intendit consecrare nisi decem hostias, ut in quasi. Supponitur ergo non consecrare vndeclima.

2 C O N T R A , quia in sacramentis non debet laqueus parari, sed si illa vndeclima non est consecrata, pararet laqueus consecranti, quia eadem ratione qua dubitatur de vna an sit consecrata potest dubitare de qualibet ergo videtur quod omnes sint consecratae.

3 R E S P O N S I O . Quæstio ista reficit particolare factum quod variari potest ex variatione diversarum circumstantiarum, & secundum hoc debet variari iudicium. Dicendum ergo si sacerdos celebrans qui habet ante se vna decim hostias & non credit ibi esse nisi decem. Aut intendit consecrare totū quod habet ante se, quāvis eret in opinione ne qua credit ibi esse tantū decem cū in veritate sint vndeclima. Aut scit per certitudinem ibi esse vndeclima hostias, sed non intendit consecrare nisi decem ex eis, aut ignorat numerum, praeceps tamen intendit consecrare decem tantū. In primo casu quando intendit consecrare quicquid est ante se, quāvis eret in opinione, quia credit quod non sint ibi nisi decē cū in veritate sunt vndeclima, dicendum est quod omnes sunt consecratae, quia concurrentibus omnibus quae sunt de essentia sacramenti scilicet materia, forma, & minister cum intentione applicandi formā materię vere perficitur sacramentum. Sed in casu positō omnia prædicta concurunt, quia talis sacerdos intendit consecrare quicquid est ante se, & illud est debita materia. Supponimus etiam quod iste sit vere sacerdos, & quod proferat debita verba consecrationis cum intentione consecrandi totum panem quod est ante se, ergo totum est cōficeratum, nec error ipsius de numero hostiarum impedit consecrationem alicuius hostie dummodo intendat consecrare totum quod est ante se, quia talis ignorantia, vel scientia numeri hostiarum se habet omnino per accidens ad sacramentum, ex quo nūl variat de intentione ministri.

4 In secundo autem casu quando sacerdos per certitudinem scit ibi esse vndeclima hostias, & tamen non intendit consecrare nisi decem tantū ex eis: aut ipse in speciali mente signat illas decem quas cōficerare intendit, & illam vndeclimam quā consecrare non intendit. Verbi gratia, sacerdos habens ante se vndeclima hostias sibi inuicem supponit, potest mente signare quod ipse intendit consecrare omnes nisi supremam, vel nisi infinitam, & sic de qualibet alia proposito placet. Et tunc illa vndeclima quā mente signat & a consecratione excludit non est consecrata. Omnes autem aliae sunt consecratae, & hoc de se patet. Quia illud quod in speciali cadit sub intentione sacerdotis consecrantis cōficeratur, sic autem est in proposito, quare &c. Si autem sacerdos sciens ibi esse vndeclima hostias & non intendens cōficerare

SS nisi

### Magistri Durandi de

nisi tantum decem nō signet mente illas decem quas consecrare intendit, nec illam vnde cīmā quā consecrare nō intendit sed ita in tēto sua in tali generalitate, scilicet q̄ non intendit consecrare omnes vnde cīm, sed solum decem ex eis: dicendum est quod talis sacerdos nullam illarū hostiarum consecrare quantumcum proferat verba cū p̄dicta intentione generali. Cuius ratio est, quia confitit q̄ iste non consecrat omnes vnde cīm, quia oppositum est in eius mente, scilicet nullo modo consecrare omnes vnde cīm nec consecrare decem tantum. Probatio: quia illa intentione non sufficit ad consecrationem aliquius hostie sub qua æquilateriter qualibet hostia includitur & excluditur. Quia si dicatur consecrata quia sub illa intentione includitur, eadem ratione dicitur non consecrata quia ab illa intentione excluditur. Sed sic est in proposito, quia si intentione sacerdotis stat in hac generalitate quod intendit consecrare tātum decem hostias eas mente nō signando, tunc quilibet vnde cīm hostiarum potest esse vna de decem, & potest excludi de decem, quia qualibet excludi adhuc sunt decem alia, ita quod excludi cuiuslibet ponit exclusionem omnī aliarum sub numero denario. Et inclusio cuiuslibet sub numero denario excludit aliquā aliam ab eodem numero. Cum ergo nulla sit signata per intentionem sacerdotis, sequitur quod æquilateriter qualibet sit inclusa, & non inclusa quod est contradictionis, & p̄t consequens equaliter consecrata & non consecrata, quod est in possibile, nulla ergo consecratur.

5 In tertio autem casu felicit quando sacerdos ignorat numerum hostiarum intendit tamen consecrare decem de ratiō numero: dicendum est sicut dictum est in secundo casu, nisi quod si talis sacerdos signet mēte decem hostias quas consecrare intendit tunc cessat in eo ignorantia numeri & incidit casus iste totaliter cum secundo, & ideo eadem est responsio.

6 AD primum argu, dicendum quod bene concludit partem negatiuam, scilicet quod nō omnes vnde cīm consecrantur propter intentionem contrariam, quando scilicet sacerdos nō intendit consecrare totū quod est ante se, sed p̄cūlē decem hostias, quia si intenderet consecrare totū quod est ante se minor esset falsa. Sed partē affirmatiuam non cōcludit nisi intentione eius sit in speciali de decem signatis. Si enim intentione sit in generali tantū, cum per illam applicationē non fiat applicatio formæ ad consecrationem aliquius determinatae hostie. Quia sub illa generali intentione qualibet hostia equaliter includitur, ut declaratum est, runc nulla hostia consecratur.

7 Ad rationem alterius partis dicendum est quod ex parte sacramenti nullus parat laqueus. Sed quilibet indiscretus minister potest sibi ipsi parare laqueum, quod facit talis sacerdos quando non determinat intentionem suam ad aliquem numerum determinatum.

### Sententia huius distinctionis. XII. in generali & speciali.

**S**i autem queritur de accidentibus. Superiorius determinat Magister de confectione huius sacramenti. Hic autem determinat de consequentibus ad eius confectionem. Et diuiditur in tres partes: quia primum inquirit de modo existenti accidentiū in hoc sacramento. Et secundū de actu sacerdotis conficiens hoc sacramentū. Tertiū inquirit de effectu huius sacramenti. Secunda in cīp̄ ibi, Post hanc queritur, si quod gerit sacerdos. Tertia ibi, Institutum autem est hoc sacramentum. Prima diuiditur in tres, quia primum inquirit de modo existendi accidentium in hoc sacramento. Secundū inquirit de fractione que ibi apparet. Et ponit diversas opiniones. Tertiū de significacione pāriū fractionis. Secunda ibi, Solet etiam queri de fractione. Tertia ibi, Quid autē illē partes significant. Tertiū autē pars principalis, in qua determinat de effectu huius sacramenti diuiditur in duas. Quia primum determinat huius sacramenti effectum. Et secundū inquirit de modo videnti ibi. Si autem queritur vtrum quodlibet. Hec est sententia & diuisio lectionis in generali.

2 IN speciali sic procedit, & prīm̄ ponit quod in hoc sacramento remanet accidentia sine subiecto, quia ibi nō est nisi substantia corporis & sanguinis Christi, que non

### Sancto Porciano

afficitur talibus accidentibus, remanent tamen accidentia ad ministerii ritum, ad fideli suffragiū, & etiam propter ḡsum, qui est usus sacramenti. Postea querit vtrum in hoc sacramente sit vera frāctio. Et ponit opinionē aliquorū dicentium quod non, licet videatur ibi frāctio esse, nō tamē est propter hoc illū, quia non sit ad deceptionem, sed ad fideli utilitatem. Alii vero dicunt q̄ ibi verē frāngi tur corpus Christi, & tamen remanet integrā per miraculum. Quod confirmant ex confessione Berengarii que posuit in litera. Magister ramen tenet quod est ibi vera frāctio in speciebus sacramenti, & non in substantia corporis Christi, in dī sub qualibet parte frāctionis est torus Christus, quod confirmat per autoritatem Hilarii in litera. Postea dicit q̄ pārium fractionis vna significat corpus Christi quod iam resurrexit, & est in celo. Alia significat corpus Christi iacens in sepulchro: que significatio potest adaptari corpori Christi mystico. Deinde querit virum illud quod gerit sacerdos celebrando missam possit dici sacrificium, vel immolatio Christi. Et dicit quod sic sub hoc sensu, quia est memoriale sacrificii & immolationis quibus Christus fuit immolatus in cruce. Et non p̄ Christus singulis diebus occidatur. Quod cōfirmat multis auctoribus. Postea dicit quod hoc sacramentum dubius de causa institutum est, scilicet in augmentum charitatis, & in remedium nostrę infirmitatis. Quia quām quotidie labitur in peccatum falce veniale, indigemus hoc sacramento per quod delētur. Ultimō inquirit de modo vtedi hoc sacramēto, an videlicet sit quotidie cōmunicandum. Et dicit ex sententiā Aug. quod quotidie cōmunicare, nec est laudabile, nec virtuēperabile: diuersae tamen consuetudines ecclesie fuerūt circa hoc. Quia primō cōmunicabant fideles singulis diebus dominicis. Postea propter minore devotionem statutum fuit quod: cōmunicaret in anno ter, scilicet in Paschate, in Natali & in Pentecoste. Ultimō refrigente charitate statutum est saltem quod feme in anno cōmunicent omnes fideles, scilicet Paschate, & haeretur extra de p̄n. & re. cap. Omnes virtuēs sexus. Et in hoc terminatur sententia lectionis in speciali.

Q V A S T I O P R I M A.  
Vtrum Deus possit facere quodlibet acci-  
dens sine subiecto.  
*Tho. 3. q. 77. art. 1. cōf. 2.*

**C**itra distinctionem istam queruntur quatuor. Primum est de modo existendi accidentiū in hoc sacramento. Secundū est de misione que potest fieri cum speciebus vniū cōficiati. Tertium est de effectu huius sacramenti. Et quartum de eius frēquentatione. Quādūntum ad primum queritur vtrum Deus possit facere quodlibet acci-  
dens sine subiecto. Et arguitur quod non, quia sic relatiū est, est ad aliud esse, scilicet ad correlatiū, sic accidētiū esse, est in alio esse, scilicet in subiecto: sed nulla virtute potest sic ri quod relatiū sit, & non dicatur ad aliud correlatiū, ergo nullo modo potest fieri quod accidētiū sit & non sit in alio.

2 Item sicut se habet quantitas ad substantiam, sic qua-  
litas ad quantitatē, sed qualitas nulla virtute potest esse  
sine quantitate, vt probabitur, ergo quantitas non potest  
esse sine substātia. Probatio minoris, quia impossibile est  
quod aliquid participet naturam speciei & non generis,  
eo quod genus includitur in specie. Sed istud sequeretur  
si qualitas posset esse sine quantitate. Si enim albedo hostie  
separaretur à quantitate, ipsa maneret in specie albedinis  
& tamen ipsa nō esset in genere qualitatis sensibilis, non  
enim potest immutare vīnum, quare &c.

3 IN contrarium arguitur, quia sicut accidentis esse  
est inesse, ita esse substantia completa est, per se esse. Sed  
Deus potest facere quodlibet substantia cōpleta non sit per se,  
sed in alio: vt est de humana natura in Christo, ergo po-  
test facere de accidente, quod non sit in alio, sed per se.

4 R E S P O N S I O. Intelligendum est quo i acciden-  
tiū quādūntū sunt absoluta, quādūntū respectū. Vocatur  
autem ad p̄sens accidentis respectū non ex respectu ad  
subiectum, vel fundatum in quo est, quia sic omne ac-  
cidētiū est respectū & nullū absolutum. Sed vocatur  
respe-